

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst. 12. & 13. Additio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

## Ad Quæst. 12. &amp; 13. Additio.

**D**ubium super privilegio exemptionis aut vertitur principaliter, aut incidenter: principaliter, quoties non occasione alicujus negotii pendentis, & quod ceterum expeditionem requirat, sed in genere dubitatur de intelligentia privilegii pro causis futuris; incidenter autem cum occasione particularis cuiusdam causæ dubitatio nascitur, ut explicit Fagnan. in cap. cum venissent num. 46. & 47. de judicio priori casu indistinctè solus Princeps, qui privilegium concessit, de illo cognoscere potest per text. in d.c. cum venissent de judic. e. inter alia de sent. excomm. c. constitutionem eod. iii. in 6. l. leges sacraissima & l. fin. C. de legib. Quod extenditur, ut non solum inferior non possit cognoscere de privilegio superioris ut judex, sed nec etiam arbitrus, non enim possunt exempti compromittere in inferiorem super privilegiis suis exemptionis. Huius in cap. cum tempore. 6. & ibi Ioann. Andr. num. 5. & alii communiter de arbitrio.

Posteriori verò casu, cum scilicet incidenter dubitatur de verbis privilegii, potest quidem inferior desuper cognoscere, si dubium non sit arduum aut difficile, & ad Principem sit difficultas accessus, non item si quaestio difficultis sit. Abb. in cap. i. in 1. novab. de iuram calum. Bartol. in L. omnes populi n. 56. ff. de iust. & jure. Neque etiamsi facile resolutibilis foret quaestio, si tamen aditus ad Principem pariter facilis fuerit. Plenè Fagnan. in c. cum venissent. n. 48. & 49. de judice.

Quandoque igitur Ordinario in judicium vocanti opponitur exceptio exemptionis, si clarè appareat illam non suffragari, veluti si in privilegio sola appearat receptio sub protectione, utique potest idem Ordinarius dicere privilegium non prodesse, uti aperte dicit Burinus in d.c. cum venissent. n. 3. si autem dubium ostiatur, eo ipso ordinarius superfedere debet, & Sedi Apostolica de super cognitionem remittere. Roderic tom. 2. quaest. regul. q. 64. art. 7. Rota dec. 47. n. 5. par. 15. recent. Salvo tamen, quod excepti tuis privilegia, quatenus notoria non sint, exhibere teneantur. Ad text. in cap. cum persona de privil. in 6. & ita respondit facta congregatio referente Fagnan. in c. ja. n. 49. & 59. de off. ordin. regulares teneri Episcopis non sufficiare & exhibere privilegia, siens uti voluerint, sed si Ordinarii judicent ea non suffragari in casu de quo agitur, debere eosdem regulares pro interpretatione dubiorum ad Summum Pontificem recurrere, nec posse adire Metropolitanum vel Episcopum vicinorem, neque conservatores eligere.

S 1. 2

AD